

1623 i^o 15 Novemb^r

Ex M. J. Biblio. Zaluz. N^o 398.

Copia rescripti dⁿⁱ Radivilij ad
Lontum.

Illustris domine comes.

Quemadmodum omnia que salutem po-
pulorum spectant serio et ex fide geri oportet,
ita nec nobis quicquam prius antiquiusve
fuit, quam ut in Livonio negotio Deo homi-
nibusq; nostrum probare possemus cando-
rem. Et licet illustrietas vestra nos cessare sai-
bat, non tamen ita cessavimus, quin et illu-
stres et magniferos dominos commissarios
nostros de ordinum regni Suecie declaratio-
ne premonuerimus, et ipsimet si occasio ne-
cessitasve postulasset, ad opus per nos agi ve-
plum fuisset reddituri. Quod vero desideria
ad conatus utriusq; partis ad famam conta-
gionis Livonie inhibiti sunt, de eo republi-
ca nostra accusari non debet; exemplar enim
literarum a dominatione vestra submissum
ostendit dominos commissarios reipublice
Polonie gliscentis pestis periculo territos, cau-
sam de conventu dubitandi habuisse. Sed
quoniam dominatio vestra cupido in pacem
animo se suosq; esse testatur, et revocationem
si nos mens literarum dominationis vestre
non fallit, tractationis urget, ideo te quam
primum cum ipsimet dominis commissa-
riis nec non reipublice nostre ordinibus com-
municata dabimus operam, ne vicissim
optima nostra in pacem voluntas, a quo
quam sinistram in partem trahi possit.
Bonam de hinc valetudinem illustritati
vestre

